

**Proper Prayers of the Mass**  
**ANNIVERSARY MASS**  
**FOR A DECEASED PRIEST**



**INTROIT : 4. ESDR. 2. 34, 35**

RÉQUIEM aetérnam dona eis, Dómine: et lux perpétua lúceat eis. (*Ps. 64, 2-3*) Te decet hymnus, Deus, in Sion, et tibi reddétur votum in Jerúsalem: exáudi oratiónem meam, ad te omnis caro véniet.

ETERNAL rest grant unto them, O Lord: and let perpetual light shine upon them. (*Ps.64:2-3.*) A hymn, O God, becometh Thee in Sion, and a vow shall be paid to Thee in Jerusalem. O Lord, hear my prayer; all flesh shall come unto Thee. Eternal rest.

**COLLECT**

DEUS, qui inter apostólicos Sacerdótes fámulum tuum N. (fámulos tuos N. et N.) sacerdotáli fecísti dignitáte vigére: praesta, quaesumus ; ut eórum quoque perpétuo aggregétur (aggregéntur) consórtio. Per Dóminum.

O God, who didst raise Thy servant(s) N; to the dignity of priest in the sacerdotal priesthood; grant, we beseech Thee, that he (they) may be joined in fellowship with Thine apostles for evermore. Through the same our Lord.

**EPISTLE : CORINTHIANS 15. 51-57**

FRATRES: Ecce mystérium vobis dico: Omnes quidem resurgémus, sed non omnes immutábimur. In moménto, in ictu óculi, in novíssima

Brethren: Behold I tell you a mystery: we shall all indeed rise again, but we shall not all be changed. In a moment, in the twinkling of a eye, at the last

tuba: canet enim tuba, et mórtui resúrgerent incorrúpti: et nos immutábimur. Opórtet enim corrúptibile hoc indúere incorruptiónem: et mortále hoc indúere immortalitátem. Cum autem mortále hoc indúerit immortalitátem, tunc fiet sermo, qui scriptus est: Absórpta est mors in victória. Ubi est, mors, victória tua ? ubi est, mors, stímulus tuus ? Stímulus autem mortis peccátum est: virtus vero peccáti lex. Deo autem grátias, qui dedit nobis victóriam per Dóminum nostrum Jesum Christum.

trumpet; for the trumpet shall sound, and the dead shall rise again incorruptable, and we shall be changed. for this corruptable must put on incorruption, and this mortal must put on immortality. And when this mortal hath put on immortality, then shall come to pass the saying that is written: Death is swallowed up in victory. O death, where is thy victory? O death where is thy sting? Now the sting of death is sin: and the strength of sin is the law. But thanks be to God, who hath given us the victory through our Lord Jesus Christ.

### **GRADUAL : 4. ESDR. 2. 34, 35; Psalm 117. 7**

RÉQUIEM aetérnam dona eis, Dómine: et lux perpétua lúceat eis. V. (*Ps. 111, 7.*) In memória aetérna erit justus: ab auditióne mala non timébit.

Eternal rest give to them, O Lord; and let perpetual light shine upon them. V. (*Ps. 111, 7.*) The just shall be in everlasting remembrance; he shall not fear the evil hearing.

### **TRACT**

ABSÓLVE, Dómine, ánimas ómnium fidélium defunctorum ab omni vínculo delictorum. V. Et grátia tua illis succurrénte, mereántur evádere judícium uliónis. V. Et lucis aetérnae beatitúdine pérfrui.

Absolve, O Lord, the souls of all the faithful departed from every bond of sin. V. And by the help of Thy grace, may they be enabled to escape the judgment of punishment. V. And enjoy the happiness of everlasting life.

### **SEQUENCE : DIES IRÆ**

*(See separate sheet)*

### **GOSPEL : JOHN 5. 25-29**

IN illo témpore: Dixit Jesus turbis Judaeórum: Amen, amen dico vobis, quia venit hora, et nunc est, quando mórtui áudient vocem Fílii Dei: et qui audierint, vivent. Sicut enim Pater habet vitam in semetípso, sic dedit et Fílio habére vitam in semetípso: et

At that time: Jesus said to the multitudes of the Jews: Amen, amen I say unto you, that the hour cometh, and now is, when the dead shall hear the voice of the Son of God; and they that hear shall live. For as the Father hath life in Himself, so He hath

potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est. Nolite mirari hoc, quia venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei: et procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitae: qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicii.

given to the Son also to have life in Himself; and He hath given power to do judgment, because He is the Son of man. Wonder not at this, for the hour cometh wherein all that are in graves shall hear the voice of the Son of God; and they that have done good things shall come forth unto the resurrection of life, but they that have done evil, unto the resurrection of judgment.

### OFFERTORY

DÓMINE Jesu Christe, Rex glóriæ, libera ánimas ómnium fidélium defunctorum de poenis inférni et de profundo lacu: libera eas de ore leónis, ne absorbeat eas tártarus, ne cadant in obscurum: sed signifer sanctus Michaël repraesentet eas in lucem sanctam: \* Quam olim Abrahæ promisisti, et sémini ejus. V. Hóstias et preces tibi, Dómine, laudis offerimus: tu súscipe pro animabus illis, quarum hódie memóriam facimus: fac eas, Dómine, de morte transíre ad vitam. \* Quam olim Abrahæ promisisti, et sémini ejus.

O Lord Jesus Christ, King of glory, deliver the souls of all the faithful departed from the pains of hell and the deep pit. Deliver them from the lion's mouth, that hell may not swallow them up, and may they not fall into darkness; may Thy holy standard-bearer, Michael, lead them into the holy light, \* which Thou didst promise to Abraham and to his seed. V. We offer to Thee, O Lord, sacrifices and prayers: do Thou receive them in behalf of those souls whom we commemorate this day. Grant them, O Lord, to pass from death unto life, \*which Thou didst promise to Abraham and to his seed.

### SECRET

SÚSCIPE, Dómine, quaesumus, pro ánima famuli tui N. Sacerdotis, (animabus famulorum tuorum N. et N. Sacerdotum), quas offerimus, hóstias: ut, cui (quibus) in hoc saeculo sacerdotale donasti méritum, in caelésti regno Sanctorum tuorum júbeas jungi consórtio. Per Dóminum.

Receive, we beseech Thee, O Lord, the sacrifice which we offer for the soul(s) of Thy servant(s) priest(s) N. In this world Thou didst raise him (them) now to enter into the company of Thy saints in the kingdom of heaven. Through our Lord.

## COMMUNION : 4 ESDR. 2. 35, 34

LUX aeterna luceat eis, Dómine: \*  
Cum Sanctis tuis in aeternum: quia  
pius es. V. Réquiem aeternam dona eis,  
Dómine: et lux perpétua luceat eis. \*  
Cum Sanctis tuis in aeternum: quia  
pius es.

May light eternal shine upon them, O  
Lord. \* With Thy saints for ever,  
because Thou art merciful. V. Eternal  
rest grant to them, O Lord; and let  
perpetual light shine upon them. \*  
With Thy saints for ever, for Thou art  
merciful.

## POSTCOMMUNION

PROSIT, quaesumus, Dómine, ánimae  
fámuli tui N. Sacerdótis, (animábus  
famulórum tuórum N. et N.  
Sacerdótum) misericórdiae tuae  
imploráta cleméntia: ut ejus, in quo  
sperávit et crédidit, (speravérunt et  
credidérunt), aeternum cápiat, (cápiant  
te miseránte, consórtium. Per  
Dóminum.

We the abundance of Thy mercies, O  
Lord, which we implore, may benefit  
the Thy servant(s) departed priest(s)  
N.; that by Thy mercy, he (they) may  
partake of that in which he (they)  
hoped and believed. Through our  
Lord.

